



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,  
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

**Fabri, Honoré**

**Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII**

Bern. Stubrokus Lectori de novo Indice Wendrokiano.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)



## BERNARDUS STUBROCKIUS

## LECTORI DE NOVO INDICE

VVENDROCKIANO.

**V**Num est, Optime Lector, cuius te monitum velim; quamvis enim supra, variis locis, passim, pessimas artes Wendrockii, atque adeo totius sectæ demonstrarim, tum in notis tum in confutatione Literarum Montaltii; unum tamen ni fallor omisi, de quo breviter hoc loco, te certiores faciendum esse, duxi, ad plenioris confutationem: nimirum Wendrockius notas suas in V. Epistolam, 4. editionis, ita mutavit, invertit, distraxit, disposuit, consuit, ut tractationi novam faciem induxerit; quamvis eadem profus, etiam quo ad concepta verba, manserit; mutavit, ut vulgo ajunt, quadrata rotundis: eadem cerâ est, sed diversa forma, seu figura; eadem notæ, sed mutata sede, sub novis titulis, aliæ, ignavis saltem, esse videntur; cuius rei vel hoc uno exemplo faciam fidem: in hac 4. editione habes tantum tres notas & sectiones sex; in priorē septem sectiones, & quinque notas; sed notam V. hujus, in secundam illius; secundam prioris, in tertiam posterioris; quartam antiquæ in quartum §. 1. sectionis 5. novæ editionis, & totam sectionem 7. primæ, in varios §. 1. secundæ traduxit; omnia sua deque. In notis cuncta satis efficaciter refutaveram, errores adnotaram, eosque non raros, sed confertos & turmatim, nihil, quod esset alicuius momenti, omiseram; ille verò nihil ad hæc, quid enim? saltem ordinem perturbavit, ut melius lateret, vel potius, ut confutationem eluderet: ut verò Indicem in indicem opponam; summam relegendum indicem, novæ scilicet editionis, & antiquo mote, ipsum hominem compello, appositis majoris distinctionis gratia numeris.

I. In Notis, ad quatuor primas Epistolas, immò & in præambulis ad sequentes nihil mutasti, Willelme Wendrocki, & ne verbum quidem ad ea reposuisti, quæ tibi candidè opposueram; foedissimos errores adnotaram & tibi exprobraram, circa gratiam sufficientem, quam ut Monstruosam explodis; circa potentiam proximam, quam traducis ut ridiculam; circa Sorbonæ censuram, quam fabulæ loco habes; circa insignes Doctores Sorbonicos, Moinum, Cornerum, Halerium, quibus Pædagogicas cupiditates imponis; circa P. Nicolai, quem transfugam à doctrina Thomistica, & prostratum Molinistam vocas; circa Procere, quibus joculariorem errorem tribuis; circa controversiam de auxiliis & discrimen gratiam inter sufficientem & efficacem, in quibus tuam inscitiam & amentiam prodixi; ac demum circa ignorantiam, vel incogitantiam invincibilem, quam vis culpæ non eximere; loca demum falsata, truncata & adulterata protuleram, imposturas & calumnias retera-

rum omnes & singulas notas in quatuor primas Epistolas, & præambulas insequentibus, perscrutari, quæ tenore, quo à te scriptæ fuerant, excusseram, in easdem denno, quasi intactas & omnium calculodinas, cum solita commedatione nobis obtrudendo priora præloquia etiam discusseram; ut duo posterora deinde discussi: ad illa omnia, nihil profuturæ ratione indigna putasti, ac te puduit cum imbelli athesario congregari ita sape thrasonicè; sed ad populum phaleras; multiplicis erroris, nec non falsitatis perit à me convictus fuisti; nihil erat, quod reponere deberas illos tuos, Hermannum scilicet Conrardum Samuelem Rachelium, dixisse, tibi satis fuisse, quædem, notas Stubrockii ejus ponderis non fuisse, ut veritatem, nimirum à te assertam, deprimere poterint; illum verò, Stubrockianam paratiorem se velle, dædæ doctrinæ adversatiorum; egregios sane defensores; sic frater adjuvatur à fratre; amicorum cunctis communia.

II. Ad quintam Epistolam tres notas habes, prima nota dissertationem Theologicam, vel potius Academicam, ac proinde atheologicam de probabilitate continet, sex comprehensam sectionibus primam sectionem controversiæ statum exponit, seu veritatis conditiones, tribus §. & 11. corollariis. §. 1. Cavillos Jesuitarum circa doctrinam probabilitatis, & laudes Patrochorum Parisiensium indicas; argumentum retorsit, & clare ostendit, non Jesuitarum, sed Jansenitarum cavillos esse, quos præ cæteris Annatus aureo libello pulcherrime fecit; Patrochos etiam à te parum commendati, ostendi, quibus attribuis duo Catholica, ut ais, dogmata, quorum alterum ut erroneum, alterum vero utilissimum reieci. §. 2. docendum suscipis, quid sit opinio probabilis, in quo te ridendum præbet; nullum enim nunquam tam supinè in hoc argumento inopiam, ut ibidem evici; necis enim quid dicas, cum opinionem probabilem ab improbabili, ab errore, à paralogismo minime distinguas, nec verè probabilem ab ea, quæ per errorem probabilis enipiam apparet; nec certam probabilitatem, ab incertâ, nec judicium probabilium à practico; sed cur hæc reperit hæc autem corollaria deducis, 1. nullam esse opinionem probabilem universè, & in se, certâ; illa enim, quæ est verè certò probabilis, universè probabilis est; licet alioquin per errorem, improbabilis esse videatur; sic ut articulus fidei est articulus fidei universè, licet per errorem cuipiam, ut saepe fit, articulus fidei esse non videatur. 2. tot esse opiniones probabiles veras, quot illas accurate in ratione; quid cum? raram præterea computationem, & extremum calculatorem; dicam amplius, tot esse propositiones veras, quot falsas cum enim nulla sit, quæ non habeat contrariam; alteram veram & alteram falsam



esse necesse est. 3. Opiniones probabiles falsas non  
S. Sophismatis nisi; erras; quia fallacia Sophis-  
matis ad evidentiam ostenditur, sed motivum ra-  
tionabile falsitatis evidenter convinci non po-  
test. Sequentibus vero §. conaris ostende-  
re, notionem opinionis probabilis à Jesuitis calli-  
de obscurari, ne intelligatur, & hic Patrem fecerit  
appellat. Jam Suarez te docuerat, si discendo esses,  
opinionem illam verè probabilem esse, quæ tum ra-  
tione, tum auctoritate gravi nititur, nec com-  
muni usui, vel sensui repugnat, nec argumento in-  
dubitabili peritur; illa porro ratio non est fallax,  
vel sophistica, quæ ad evidentiam non solvitur;  
id est, cuius fallitas evidenter non ostenditur; illud  
tamen ac certum iudicium est ex Jesuitis, quod for-  
midinem excludit; illud motivum grave est, quod  
ad presentem assensum movere potest; ille vir  
Doctus, qui doctrina dogmatica, Scholastica,  
etque morali, & Canonica instructus est; cun-  
cta hec centies tibi cecinimus; sed non capis;  
quod mirum, erras in doctrina fidei; igitur po-  
tuit iure, in doctrina morum. Reducis denique om-  
nia ad Tamburini doctrinam, qui vult incertam pro-  
babilitatem satis esse, reliquis omnibus Jesuitis restra-  
gentibus, cita mihi Suar. Vasq. Molin. Less. Sanct. Va-  
lent. & que huiusmodi; non verò Tamburinum;  
tamen altera hirundo non facit verum.

III. Sect. 3. de primo est; inquis, probabilistarum  
axioma, prout est, probabilem omnem opinionem,  
etiam falsam & legi divinæ contrariam, à peccato  
excare coram Deo; falsum est à nobis adstrui hoc  
axioma; quibus scilicet quæ libet opinio probabilis  
certum est; falsum est, opinionem aliquam verè ac  
certè probabilem legi divinæ esse contrariam; falsum  
est, certè constare, de opinione verè probabili, quod  
falsitas errorum tamen est tuum illud, nullam opi-  
nionem verè probabilem & falsam, cuius tamen fal-  
sitas ignoratur, eximere culpæ. illud autem proban-  
dum fuit, §. 1. ex S. Thom. 2. ex scriptura & Patri-  
bus; argumentis Theologicis; sed luculenter offen-  
ditur genuino, quo adduci Doctor Angelicus tex-  
tus doctrinam nostram misere confirmari, tuam ve-  
ro regulari, & descripturæ & SS. Patrum locis, Hæ-  
reticorum tui similitudinem more, omnino abuti, ad con-  
firmationem errorum vestrum, dissilavi denique ar-  
gumenta illa, ut vocas Theologica, homine Theolo-  
gici prorsus indigna, nisi fortè Salisburgenfi. §. 4. præ-  
cipuum, inquis, probabilisticæ securitatis fundamē-  
tum everitur; sed quomodo illud everitur, quod ne-  
diminuitur? fundamentum illud unicum est; nimirum  
certa conscientia, ex certa probabilitate deducta  
impugnans fides, & eris mihi magnus Theologus. id  
est, tu quod §. 5. iactas, inane est, & hominis sui non  
compositi dictum; nimirum, doctrinam Jesuitarum  
de hoc argumento, aut certissime veram, quod sine  
indubio dici nequit, aut certissime falsam esse: doctri-  
na illa duo capita complectitur, primum est, quod o-  
mnino certè probabilis ac probabilior sit tuta in pra-  
xi, & hoc certissime verum esse, dicimus, nec ab ullo  
negari potest, sine ulticia, aut saltem errore in fide:  
alterum est, quod certè probabilis, licet minus pro-  
babilis, sit tuta in praxi; & hoc non certum absolute,  
neque falsum, sed probabiliter certum esse, dicimus;  
neque patet, quàm sis rerum istarum peritus. sect. 3.  
in eodem molam veras, rudentis ad iustas; aisque,  
idem probabilitaris commentum septem ejus corrol-  
latis everit; sed illa omnia plenè discussimus, & eo-  
dem tenon penitus excussimus.

IV. Sect. 4. Alterum Probabilistarum axioma im-  
pugnans, quod scilicet liceat, sequi minus probabile  
& minus tutam; nimirum certè probabilem; illud  
autem minus tutam addis frustra; quia modò tu-  
ta sit, frustra est magis aut minus tuta, præfer-  
tim cum esse tutam, in indivisibili positum sit, nec  
una tuta, alia tuta, formaliter tutior esse que-  
at: Hanc autem doctrinam variis argumentis  
impugnans, sed ea ibidem dissolvimus; fingis de-  
inde §. sequentibus quædam Casuistarum suffu-  
gia, quibus dubium ab opinione probabili distingu-  
unt; sed rem istam non capis; damus tibi ultro, cui li-  
bet opinioni probabili in esse dubitationem quan-  
dam, nimirum formidinem, quæ tamen non vetat, si  
certa est probabilitas, quin iudicium practicum cer-  
tum sit; de Tamburino jam supra dixi, quid sentiam;  
tu certè dubiam conscientiam ab opinione probabili  
distinguere nescisti, vel nolueris. Quod dicis §. 3. stan-  
te æquali probabilitate utriusque partis, intellectum  
assentiri non posse; gratis adstruitur; tenemus oppo-  
situm & probamus: §. 6. rectè dicis, quod aliud sit iu-  
dicium illud, quo duæ oppositæ simul probabiles ef-  
fe, dicuntur, ab eo, quo de ipsa judicatur, id est, ali-  
ud est iudicium de probabilitate, aliud de veritate o-  
pinionis probabilis; illud enim certum est; hoc verò,  
tantum probabile. Quod addis §. 7. per iudicium il-  
lud, quo duæ oppositæ probabiles esse, dicuntur, non  
tollit sed supponit veram & propriam dubitationem  
positivam, nimirum formidinem; distinguendum est;  
nempe tollit omnem dubitationem, seu formidinem  
à iudicio practico, & à iudicio de probabilitate, de  
prudenti assensu, & electione, non tamen ab ipso  
iudicio opinativo. §. 8. mentionem iterum facis no-  
strarum cavillationum; sed duobus hisce verbis  
certa conscientia, certa probabilitas, nulla inest ca-  
villatio. §. 10. dicis: doctrinam vestram scrupulis  
occasionem non præbere; sed hoc refutavi §. 2. deni-  
que §. 11. S. Antoninum nobis subtrahere conaris,  
sed frustra: ut sect. 7. ostendi, in qua etiam alia qua-  
dam, quæ adstruxeras, reieci.

V. Sectione V. refellistres errores nimirum §. 1.  
licere Theologo, ex opinione probabili, quam certè  
falsam putet, consilium dare, §. 2. licere cuivis, varios  
adire Casuistas, donec repererit, qui ad libitum res-  
pondeat: §. 3. peccare confessarium, qui neget abolu-  
tionem poenitentis, probabilem opinionem sequuto.  
Quoad primum, mutasti, nam in prima editione dix-  
eras, quam falsam putet, nimirum probabiliter; in quo  
sensu, à te super hoc adducta dilui; in hac verò, dicis,  
quam falsam certè putet; nullus Theologus hoc di-  
cat; immo loqueris repugnantia; cum non possit quis-  
piam opinionem sibi certè falsam, probabilem repu-  
tare. Errorem 2. reieci §. 2. tertium verò not. 3. item  
quod addis, §. 4. de Joanne Sancio, not. 4. repulsi  
sect. VI. Ut jacet refutavi: item notam secun-  
dam novæ editionis, nota quinta antiquæ; i-  
tem notam tertiam illius, nota secunda hujus; at-  
que adeo nihil ultra restat notarum in V. Epist. re-  
futandum.

VI. Tres notas in VI. Epistolam scripsisti, sed  
primam in tertium locum traduxisti; illas autem,  
quantum ad rem satis fuit, planè disieci, & multos  
errores tuos castigavi; v. g. nullam legem Ecclesi-  
asticam præter ceremonialem abrogari posse; Ec-  
clesiæ libertatem ab auctoritate Romani Pontificis  
oppressam fuisse; pœnas canonicas divinæ institu-  
tionis esse, ac proinde ab Ecclesia non potuisse abole-  
ri; aliquot labe in fide ab Ecclesia tolerari: Episcopis  
LII 3 potesta-



potestatis Ecclesiastica plenitudinem divinitus concessam; omitto alios, ne bis eadem; quam bellè Calvinizans, mihi homo. Exussi etiam notam unicam, quam habes in VII. Epist. & tres, quas scripsisti in Epist. VII. tres item in IX. item primam & secundam, quas in X. scripsisti; tertiam antiquam in quartam novam transulisti, quam etiam discussi; addisti tertiam in nova editione quæ continet longiorem tractationem Pastorum Gandavensium, de insufficientia attritionis; pro qua, est, quod te remittam, saltas enim extra chorum, ad varios tractatus editos à Patribus LeDent & Estrix de Societate Jesu;

in quibus illa controversia doctissime discutitur, addo mihi satis est, dixisse, decreto S. Inquisitionis, sententiam probabiliorē, & magis commūnem declaratam fuisse, ac proinde tutam in præceptis. Repuli etiam tres notas, in XI. item tres, in XII. item unicam, in XIII. item dissertationem de homicidio tribus sectionibus partitam in XIV. item tres notas in XV. & tres in XVI. nihil habes in XVII. De logum etiam tuum in XVIII. refutavi; item apponeres novæ additas editioni ac proinde nihil ultra confutandum restat.

## EPISTOLA I. HONORATI FABRI AD VINCENTIVM BARONEM LUGDUNO SCRIPTA.

R. P. Vincentio Baroni Honoratus Fabri P. S.

**V**ix pauca illa folia, quæ ad te, ac de te Scriperam in Apologetico, recenti prelo subdacta fuerant, Vincenti Baro, cum ecce Theologiæ tuæ moralis altera editio, casu nescio quo, in meas manus venit; unde facile vides, quàm rerum tuarum incuriosus sim, cui scilicet hæc tua, ante unum & alterum annum in publicam lucem edita, in comperta huc usque fuerunt. Ubi autem in primam frontem, tum prioris, tum posterioris partis, oculos conieci, & legi, hanc editionem esse ad mentem Alexandri VII. & S. Congregationis, quæ, ut ais, Pontificis iussu, primam editionem recognoverat; mihi statim ac tibi gratulatus sum, ratus haud dubiè, exotam dissensionum materiem, & uberem disceptationum, tempestatūque, quas libri tui, excitant, segetem inde omnino præcidi; meque statim accinxi, ad inserendum prologo aliquid temperamenti, quo tam ingenua poenitentia commendaretur. Sed vix aliquot lustrarum paginas, cum spe, & opinione mea dejectus, nihil fere mutatum in hac editione comperi, nisi, pro more, in peius, errores, & ique multiplices & crassissimi à me adnotati in altera editione, in hac non fuerunt emendati, sed aucti; calumniæ accumulata; convitia inde acriora, unde, per artificiosam injuriam, ad speciem, delinita; diſſidia & scommata, Bellarmino, Suarez, aliisque liberali manu ante aspersa, quasi emendaturus, malis artibus ita renovasti, ut legentium animis altius inculcares; Uno verbo, idem Baro, cuique semper ubique similis à me inventus es: Quare cogitatum consilium illic reieci, & nihil præfationi addendum, vel inserendum esse putavi; & fateor ultro, ac denuncio palam, illa omnia, quæ à me in Dialogis de te scripta sunt, & typis mandata, probè in te quadrare, & hoc loco à me pro ratis & fixis haberi.

II. Est tamen, quod super his, aliquid insinuem, quod si non tibi, quem aliquando ad meliorem frugem redire vehementer opto, quamquam vix spero, redieturum, aliis saltem utile futurum mihi persuadeo; Primum est quod dicis; illa omnia, quæ in

duobus hisce tomulis alterius editionis continetur, esse ad mentem summi Pontificis, & S. Congregationis; errores igitur, etiam in fide, & more, quæ advotavi atque confixi, sunt ad mentem S. Congregationis; Calumniæ igitur, imposturae, omnesque maledicentia, in numero falsitates, quibus libris scaturiunt, aliaque id genus, sunt ad mentem S. Congregationis & Romani Pontificis; convitia, calumnias, errores multiplices; centies in censuras Apostolicas incurris, transgressus scilicet decreta Pontificis, fingis aspingis, inponis; & hæc, inquis, ad mentem S. Congregationis. Horret profecto animus, Vincenti, quis unquam inter Catholicos talia; immo qui sceleratè Urbaniores Heterodoxos; tibi satis non sunt, errores, falsitates, calumnias, convitia; neque huiusmodi plena manu spargere, seu profundere in eam lucem, nisi hæc eadem Domno Apostolico, tenet, immo sacrilegè imputares; sed, ais, certior ab amico Roma factus sum, nihil aliud à Romanis censoribus, qui utramque partem, S. Congregationis iussu, recognoverunt, præter pauca paulo acerbius scripta, & à mitissimo Angelici præceptoris stylo tantummodi ena, repertum, fuisse; quo ad cetera nihil aliud habet & elogias; bi autem præ cæteris Augustinum de Angelis appellasti; facile dixisses, quoniam ille erat, à mihi conjectandum proposuisses; sed res apertè minino cecidit; eodem calamo te simul & illum refutavi; quamquam hic, non jam, ut tu, theatronica tantum non furentis ad inlitar; sed longemius remissius.

III. Sed ad tem venio: do ultro, censores illi, qui tuum librum recognoverunt, plus æquo libi favisse; non tamen omnes, ut tute scis; nec enim Marcus ille Romanus hoc tibi dissimulavit; non sunt autem omnes Theologi, ut dicis, quamquam uno vel altero dem pro, reliquis; do, inquam, ultro, censores illi te animo propensiore fuisse; causam recte; quæ neminem latet; ille verò, qui non tam aperte tibi faverat, & pauca, præ multis, notata censura digna, non leve negotium si facillime nisi sunt, qui tunc indemnitate tanta impensè studebant: deinus hæc; quid tum? an tot-